



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

5. Patrinus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

si secundam uxorem ducat, *lib. 7. disputat. 88. num. 45.*

Patrinus.

1 Patrini attento iure antiquo, tam in Baptismo, quam in Confirmatione, non poterant esse plures, quam vnus vel vna: attento vero iure nouo, tantum possunt esse duo diuersi sexus, & non possunt esse duo viri, vel due feminae. Et in his non valet dispensatio Episcopi. Transgressio tamen huius praeccepti adhibendo plures patrilinos, est solum venialis, attento vtroque iure, *lib. 7. disp. 57. à num. 1. usq. ad 9.*

2 Attento iure antiquo, quotquot baptizatum, vel confirmatum tangebant, contrahunt cognationem spiritualem, modo vero post Trid. minimè, *lib. 7. disput. 57. numer. 4. & 8.*

3 Patrino iuranti se non habuisse intentionem contrahendae paternitatis, non est credendum, *l. 7. disp. 58. nu. 8.*

4 Religiosi quamuis peccent, possunt esse patrilini tam in Baptismo, quam in Confirmatione. Et contrahunt cognationem. Similiter Episcopus non insignitus sacramento Confirmationis, quamuis suscipiens in Confirmatione non contrahat, at contrahat confirmans, *lib. 7. disp. 60. nu. 21.*

Peregrinus.

1 Peregrini tenentur legibus loci, in quo sedem constituunt animo habitandi, vel quando di-